

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Matronae munificentissimae Dorotheae Friedericiae
Lucretiae de Pelcke, natae de Bernhold in Eschau, ...
parentabunt ... cives ...**

Sachs, Johann Christian

Carolsruhae, 1769

"Alter de Pforzhemio urbe perbene meritus [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-116002](#)

Cathedralis Brixensis Custos et Cancellarius, Episcopus denique Viennensis patriae urbi, quamvis Augustanae Confessioni addictae favit constanter. Quantum ei A. 1555. legaverit pecuniae, quantum bonorum, silentio tego. Id reticere non possum, non amplius trecentos florenos Pforzheimum civitatem accepisse, horumque usum fructum studiosae juventutis concessum.

Alter de Pforzheimio urbe perbene meritus, est PETRUS GEIGERUS, Canonicus et Senior Badae. Is anno MDLVIII. Consuli Senatusque civitatis octingentos florenos ultro matuos, hac quidem lege, dedit, ut, si quando mortali statione fuisset defunctus, fortis hujus usura in sex pueros familiae Geigerianae, si essent, aliosve inopum civium filios ita impenderetur, ut libri, qui ad aetatis annum decimum quartum iis essent pernecessarii, compararentur, et, quae magistris debetur, minervale solveretur; quod reliquum foret pecuniae, uni eorum, qui maxime omnium valeret ingenio, in academiam abeundi dependeretur. Aucta valde postea temporis haec pecuniae summa.

Progedior ad CHRISTOPHORUM ROHRIUM civem Pforensem. Hic antequam iter, quod in Italiam paraverat, ingressus est, anno MDCVI. duo florenorum millia foenori dedit, ut duo litterarum cultores, qui invariatae Augustanae Confessioni studerent, octo annos in academiis peregre viventes in humanitatis ac litterarum studiis versarentur. ROHRIUS ex Italia rediit nunquam; nomen ejus nulla apud nos obliterabit vetustas. Pecunia illa admodum crevit.

Excitamus porro memoriam nostram ad beneficii cogitationem, quod civis et mercator Pforzheimensis NICOLAUS FON-

e altas ageret
sollicite for-
ROLO AU-
, Celsissimae
ram; misel
juvit, atque
attinere ad
e olim usci
e Imperiales
foste susce-
cerarum cul-
foeminaeque
teras littera-
atque egre-
n memoria
dinem, tum
ERTWEI-
nii, (ecquis
us ac lumen
progressu ad
que summa
ris dignitate
mo, ab Im-
s, Ecclesiae
Cathe-